

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Discrecio n  
cum fonte primo

In utraque enim parte sustinebit maximum detrimentum  
quisquis inequalitatem tenens nunc uentrem ieiuniorum ariditate constringit,  
nunc escarum nimietate distendit.  
Vt enim mens cibi inanitate lassata perdit orationum uigorem,  
dum carnis nimia lassitudine prae-grauata condormitare compellitur,  
ita rursus nimietate uoracitatis oppressa emittere ad Deum preces puras leuesque non poterit.

Ibidem (In collatione abbatis Moysi secunda).

in utraque enim parte sustinebit maximum detrimentum,  
quisquis inaequalitatem tenens nunc uentrem ieiuniorum ariditate constringit,  
nunc escarum nimietate distendit.  
ut enim mens cibi inanitate lassata perdit orationum uigorem,  
dum carnis lassitudine nimia prae-grauata condormitare compellitur,  
ita rursus nimietate uoracitatis oppressa emittere ad deum preces puras leuesque non poterit.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*, 2.22.1-2  
(CSEL 13, M. Petschenig ed., p.61, ll.25-29, 1-3).